



Chriftopherus Meclinia nobili Germania
 inferioris oppido facerdote Antiftite geni-
 tus fuit, anno 148 . ubi etiam prima literarum rudi-
 menta feliciter didicit. Cum autem uix annos 9 na-
 tus effet, parentum ftudio & diligentia Lutetiam
 miffus fuit, ut ibi in omni genere artium erudiret.
 nam felix illius ingenium aliquid magni ipsis omi-
 nari iam tū uidebatur. hęc etiam caufa eft, ut à qui-
 bufdam falfo Parifiensis iudicaretur. Ibi celeriter o-
 mnibus artibus, quibus puerilis ætas imbui folet,
 ita profecit, ut æquales fuos omnes doctrinæ lau-
 de longè superaret, ex his autem generofiffimum
 quenzq; imitandi cupiditate incenderet. Erat Chri-
 ftopherus ingenio acri & uehementi præditus, in quamcūq; partem fe dedif-
 fet, atq; omnium disciplinarum capax, quemcūq; etiam fcriptorem fibi legen-
 dum propofuiffet, eum nunquam ferè de manibus, nifi diligēter à fe electum,
 dimiffit. Nec unquam in eo animaduermum aut obfcurntate fcriptoris alicuius,
 aut prolixitate deterritum, quo minus totum perdisceret, fi modò talem puta-
 ret, ex quo fructum aliquem capere poffet, idq; quàm celerrimè. Id quod in
 C. Plinij naturali hiftoria cognofci potefit, quem ferè puer legit, & in multis lo-
 cis doctè emendauit. Memoria uerò tanta fuit, ut ad ea tollenda, quæ femel in-
 fediffent, diuturnitas temporis uix aliquid ualeret. Hinc etiam in locorū col-
 latione fcriptorum uerba ita protulit, ut non memoriter ea dixiffe, uerum etiā
 de fcripto pronuntiaffe uideatur. Cum autem initiò fe totum philofophiæ tra-
 didiffet, tandem amicorū precibus & hortationibus luri ciuili per 6 annos in-
 cubuit, atq; artem oratoriam cōiunxit. Vfus eft autē præceptore Philippo De-
 cio celebri luris interprete, qui tum Valentia in Narbonenfi prouincia maxi-
 mo auditorū concursu lura docebat. Eo uerò tempore ita profecit, ut cum po-
 ftea Lutetiam ab amicis effet reuocatus, ibi ius exerceret, atq; cum agendo tū
 respondendo tantam laudem eft adeptus, ut uix dum biennium in lurifcōsul-
 torum fubfellijs uerfatus, in Centumuirale illud confilium, quod antea folis fe-
 nibus, uel certè ætate profectis patebat, admodum iuuenis legeretur.